

De sancta

Quo audito Brigida venit ad regem pro rustico deprecatura. Et cum esset in via vulpes venit de silua et circum Brigide saltauit ponens se sub veste eius. Rex minatur rustico occasionem nisi vulpem habeat ita ludere scientem ut sua. Dedit ergo Brigida vulpem suam regi: quam ipsa pro sua accepit: quia ludere sciuit ut sua et rusticum libere dimisit. Abiit autem Brigida vulpes ad siluas rediit quare cambio nec rex nec sui capere poterunt. **Q**uidam vir duos decem hominum formidinem habuit et tantum ut duodecim homines comederat. Qui rogauit sanctam Brigidam ut a domino sibi impetraret ut formidinem sibi maneret et non plus quam unus homo comederet. quod Brigida a domino sibi impetravit. Post innumera virtutum insignia obitu suum predixit. et ab alumna sua rogata ut seculum moreretur respondit. Officium meum tenebis per annum et tunc morieris. et una die nobis erit solennitas.

De sancta Dorothea
Gloriosa virgo
martir christi Dorothea ex patre Dorotheo. et matre Thea progenita est de nobili sanguine senatorum. Illis autem temporibus viguit persecutio christianorum in terra Romanorum. Unde beatus vir Dorotheo spernens ydola: romamque relinquens cum possessionibus transfretauit cum uxore sua et duabus filiabus cristen et calisten et peruenit in regnum capadocie ad ciuitatem nomine cesaream. Ubiq; habitans genuit beatam Dorotheam. Que genita more christiano occulte baptizata est a quodam sancto episcopo qui ei nomen imposuit ex nomine patris et matris compositum Dorothea. Ipsa autem impleta spiritu sancto virtutibus et omni disciplina imbuta et formosa valde super omnes puellas regie nis illius erat. Quod cernens inimicus castitatis diabolus et inuidens: fabriciuz terre illius prese-

Dorothea

ctum in amorem virginis stimulauit: quod ea carnali libidine concupiscens misit pro ea spondens thesaurum et res absque compendi determinatione sibi dare pro dote. ipsamque legitimo thoro ducendam promisit. Audiens autem hec virgo Dorothea quasi lutum despiciens terrenas diuitias intrepidam se christo esse desponsatam fatebatur. Quod audiens Fabricius furor succensus in dolium feruentis olei plenum eam misit. Iussit. Ipsa quoque christi adiutorio illesa manente acie balsamo vngere tur multi paganorum hoc videntes intra se ad christum conuertuntur. Fabricius vero credens hoc magicis artibus fieri ipsam includi noue diebus absque cibo fecit. Que nec sic macerata pulchrior ut ante fuerat apparuit. Prefectus dixit. Nisi deos in presenti adores eculi penas non euades. Respondit Dorothea. Deum adorabo non demones. Dixit enim tui demones sunt. Et prostrata in terram eleuauit oculos ad celum et orauit dominum ut ostenderet omnipotentiam suam et quod ipse esset solus deus et non alius preter eum. Erexit autem Fabricius colunam. et desuper ydolum. et ecce multitudo angelorum cum impetu veniens adeo ydolum contriuit: quod nec particula colune inueniebatur. et audiuit voces demonum per aera clamantium Dorothea carnos deuastat. Ob hoc multa milia paganorum ad christum conuertuntur: qui etiam martiri palmarum ingressi sunt. Ipsa vero in eculeo suspensa pedibus eleuatis vinctis corpus laceratur: virgis castigatur. flagellis ceditur. Deinde ad mamillas facule applicate sunt. et cum hoc viscerum suorum semimortua in carcere reclusa est. De mane autem producta ad lucem nec ulla macula vel lesio apparuit. de quo etiam presertim mirabatur vehementer. Et dixit ei Adhuc reuertere o amena puella. satis namque castigata es. et misit eam ad duas sorores suas Cristen et Calisten: que metu mortis a christo recesserant ut ipse Dorotheam sororem suam si perbas esset a christo euellerent Doro-